

Ad primum in oppositum dico, quod vel illa non est distinctio creaturæ, sed descriptio, quædam concessa ab Aetio, contra quem arguit Augustinus, quia dicit Filium Dei aliquando non fuisse: & tunc iussit Augustinus accipere istam distinctionem, vel descriptionem contra eum, ut concessam: & ex negatione huius descriptionis a Filio Dei concessæ ab eo, concludere contra eum, quod non sit creatura. Vel si est distinctio creaturæ, proprie loquendo de creatura in quantum creatura: non tamen propter hoc est distinctio cuiuslibet alterius a Deo, puta Angelis, vel hominis, quia diceretur, quod huic, quod est *esse creaturam*, accidit hæc distinctio: sed si illa poneretur distinctio incipientis, & de facto, ita esset omne aliud a Deo, tunc arguendo sic, Omne aliud a Deo, est incipiens: ergo omne aliud a Deo est creatura, non sequitur, sed est talia: Accidens propter extraneitatem mediis respectu tertii, in quantum comparatur ad primum: non enim quicquid repugnat accidenti, repugnat subiecto, cui accidit tale accidens.

Ad aliud de infinito in multitudine, & magnitudine responsum est prius in responsione de infinitate actuali animarum.

QUÆSTIO QUARTA.

Utrum creatio Angelis sit idem Angelo?

Quarto quaero. *Utrum creatio Angelis sit idem Angelo?* Et arguitur (a) primo quod non, quia secundum Avic. 5. Met. *Equinitas est tantum equinitas, nec una, nec plures*: igitur pari ratione, Angelus, tantum est Angelus, & non est idem sibi realiter aliquis respectus.

Præterea, Creatio Angelis non est nisi in primo instanti naturæ, quando Angelus accipit esse: sed Angelus manet post unum instanti, & nihil manet sine eo, quod est idem sibi realiter: igitur &c.

Item, si ita esset, Deus non posset Angelum annihilatum eundem numero reparare: consequens est falsum, iustum, & antecedens. Probatio consequentiæ, quia non potest eandem creationem reparare, ut videtur, quia nec eundem motum numero secundum aliquos, quia interruptio prohiberet illum esse eundem numero.

Præterea, Ignis generat esse casualiter ab alio igne generante, & per consequens habet naturam ab ipso: & tamen creatio non est in igne generato casualiter ab igne generante: igitur, &c. Minor probatur, quia tunc ignis generat ab igne generante, quod esset creatura: quia a quo, unque agente est creatio in igne, ab illo ignis creatur. Consequens videtur esse falsum: quia ipsum esse creaturam, tantum dicit respectum ad creatorem.

Item, mutatio differt a termino *ad quem*: creatio est mutatio: igitur, &c. Probatur major, tum quia mutatio præcedit terminum: tum quia mutatio est in genere Passionis, quia, & motus, secundum Commen-

mên. 9. *Phys.* terminus autem (a) intrinsecus, est eisdem generis cum terminato, sicut punctus circuli: forma autem, ad quam est mutatio vel motus, non est de genere passionis, ex 5. *Physico*. Probatio (b) minoris, tum, quia nova relatio non advenit alicui mutatione alterius extremi: sed per creationem est nova relatio creature ad Deum: quia aliquid novum dicitur de creatore, & non nisi propter novam relationem in eo, ad quod dicitur, Confirmatur per Aug. 5. de *Trinitate*. c. ult. *Ea, que sunt relativa ad Deum, cum mutatione ejus, de quo dicuntur, existunt, tum quia in omni genere est aliquid unum, quod est mensura omnium aliorum, que sunt in illo genere, ex 10. Met.* primam (c) autem in genere mutationum non videtur posse poni generationem: quia non est ratio mutabilitatis in omnibus mutabilibus: quia non omnia mutabilia sunt genita. Similiter non est maxima oppositio inter terminos generationis, qui sunt privatio, & format: sed major oppositio est inter terminos creationis, qui sunt contradictorii, ut ens, & nihil: igitur creatio est prima mutatio.

Oppositum, quia si est alia: aut ergo creator, quod non convenit, quia creatio est nova, aut medium inter creatorem, & creaturam: quod non convenit, quia non est medium aut posterius re create: quod non convenit, quia est quasi via ad esse creaturæ: igitur, &c.

Et quia hæc quæstio dependet a quadam alia, scilicet de identitate relationis (d) ad suum fundamentum, & hic specialiter loquendo de relatione, que est creaturæ ad Deum: ideo quinto quaero.

QUÆSTIO QUINTA.

Utrum relatio creaturæ ad Deum sit eadem fundamentum?

Quod non, si omnia alia a Deo (e) habent relationem ad ipsum: igitur omnia alia essent ad aliquid, non tantum accidentaliter, sed etiam per identitatem, consequens videtur impossibile, quia illud infert Philof. 4. Met. ex dictis dicentibus omnia apparentia esse vera.

Præterea, Prædicamenta sunt prima diversa, ex 5. & 10. Met. & simpliciter diversa entia: quia ens secundum se dividitur in illa: ergo nihil unius Prædicamenti est idem ens alterius Prædicamenti: ergo nulla relatio est eadem alicui absolute.

Oppositum, non minus dependet quodlibet creaturæ ad Deum, quum quod unque causatum ad aliud causatum, quia dependentia ad primum videtur esse essentialissima, sed totum habet relationem ad partes eandem sibi, quia non potest esse totum, & non esse ex partibus: ergo pari ratione ad causam primum licet extrinsecam habeat dependentiam eandem sibi: licet enim causa extrinsecam non componat tem, sicut la-

C 3

cit

a Comm. 9. & 10. & 18. b *Ibid.* c Text. 2.

d Lib. 1. distincti. 30. De identitate relationis ad suum fundamentum. e Text. cap. 25. & 27. I. c. 63. I. cap. 13. Quæstio 5. *Phys.* & 3. *Poster.* text. com. 31.

causa intrinseca; perfectius tamen causat rem, quam causa intrinseca, componere enim includit imperfectionem, scilicet potentialitatem.

Hic dicitur, quod (a) omnis relatio est eadem fundamentum. Pro ista opinione arguitur multiplicitate. Primo, quia relatio transferatur ad Deum secundam propriam rationem relationis: & ideo in divinis dicitur manere duo Prædicamenta proprie, scilicet Substantia, & Relatio. Sed si de ratione relationis esset, quod esset alia res a fundamento: igitur (b) in Deo est res, & res, & ita compositio, quod est contra simpliciter divinam. Er ex hoc modo arguitur generaliter, scilicet ex simplicitate divina. Non enim est compositio album simile, quam album tantum, & per consequens relatio similitudinis non addit aliam rem a fundamento. Secundo, hoc idem arguitur per viam mutationis, quia si esset alia res a fundamento, igitur cuicumque fundamento ipsa adveniret de novo, ipsum mutaretur realiter. Hoc videntur negare multe auctoritates Philosophi, s. *Philos.* ubi (c) negat in *ad aliquid* esse motum, vel mutationem: Boetii 3. de *Trin.* Anselm. etiam *Monol.* 2. quere eum ibi. Tertio, arguitur ex hoc, si relatio esset alia res a fundamento: ergo similitudo haberet suam propriam inesse aliud ab inesse albedinis, quod videret inconveniens prima facie, quia tunc relatio fundata super substantiam, si qua esset, esset accidentaliter propter suam propriam accidentalitatem, quod videtur esse contra Simplicium super Prædicamentum, ubi dicit, quod Philosophus prius tractat de Quantitate, & Qualitate, quam de Relatione, quia relatio fundatur in istis immediate, & non fundatur in substantia immediate, & hoc loquendo de relatione accidentaliter: igitur relatio fundata super substantiam, non habet esse propriam accidentalitatem.

Probitur etiam idem illatum prius, esse inconveniens, quia tunc genus relationis non esset simplex, sed quasi compositum, ex *in*, & *ad*, quod videtur inconveniens, quia primus conceptus cujuslibet generis primi, debet esse simplex omnino, ut videtur: ergo, &c. Quarto, si esset ita quod esset alia res a fundamento, esset tunc processus in infinitum in relationibus. Nam si ista relatio sit alia res a fundamento, pari ratione, & ista alietas, quæ est quedam relatio, est alia res a fundamento, & sic erit processus in infinitum in relationibus, & hoc est inconveniens. Quinto, relatio non habet distinctionem in species suas nisi per fundamentum, non enim differunt dominium a parentitate penes hoc, quod est *esse* *ad*, sed penes fundamentum; nec relationes illæ distinguuntur distinctione, vel sunt eadem cum relationibus equiparantur, nisi propter unitatem, & difformitatem in fundamentis, sed si relatio esset alia res a fundamento, haberet ex se formaliter distinctionem in suis species: ergo, &c.

Contra istam opinionem arguo sic (d), primo, nihil est idem realiter

ter A. sine quo A. potest esse realiter sine contradictione: sed multe sunt relationes, sine quibus fundamenta possunt esse sine contradictione: ergo multe sunt relationes; quæ non sunt realiter eadem cum fundamentis: probatio majoris, quia quod idem esse realiter, sit realiter, & non sit realiter, videtur esse oppositum primi principii: ex quo principio, videtur statim concludi diversitas entium, quia si de aliquibus duobus dicantur contradictoria, eodem modo, quo dicuntur de eis, videntur esse non idem: & ita si contradictoria, scilicet esse, & non esse, dicantur de eis, videntur esse non idem in esse, sive non idem eas. Confirmatur istud, quia si illa major negetur, non videtur relinqui unde possit distinctio entium probati, diceretur enim protervum, non tantum, quod in uno supposito plures nature, ut substantia, & accidentalitas, sint eadem: sed quod Sortes, & Plato, vel Sortes, vel lapis, vel album non differunt realiter. Et si arguatur contra eum, quod Sortes potest esse Sortes, non existente lapide: & per hoc concludatur distinctio unius ab alio: vel So res potest esse Sortes, & non esse alius, & per hoc concludatur distinctio subiecti, & accidentis, negabitur consequentia, quia protervum negabit tibi propositionem cui innititur, & cui innituntur istæ consequentia, quam propositionem etiam tu negas.

Hanc etiam propositionem: Illa sunt distincta realiter, quorum unum potest manere sine altero, negare protervum. Negata vero illa, perit tota doctrina Philosophi 7. *Topicum*, qua docet, quod oppositio, vel problema, facilius destruitur per contradictionem inventam, sed difficilius construitur, si autem negetur oppositio ista non videtur posse destrui: quia si non destruitur per contradictionem, nec per aliquam aliam oppositionem, aut saltem non facilius, & facillime videtur posse subsistere, quia nullus locus secundum eum, vel ab eo assignatus, videtur efficax ad destruendum aliquid, si iste locus destruat.

In ista etiam via Philosophi, fundatur illa via de motu, sive mutatione (a), ad probandum distinctionem, quia utitur Philosophus ad probandum materiam esse aliam rem a forma, quia manet eadem sub oppositis formis, quia etiam utitur Philosophi 4. *Physicæ* ad probandum locum esse aliud a locato, quia idem locus manet cum diversis locutis. Minor etiam apparet in omnibus relationibus, quatum fundamenta possunt esse sine terminis, sicut est in omnibus relationibus equiparantia, sicut sunt *simile*, *æquale*, & hujusmodi. Si enim hoc album sit, & aliud album non sit, hoc album est sine similitudine, & si aliud album fiat, in hoc albo est similitudo. Potest igitur esse sine ista, & cum ista. Similiter est in multis relationibus dissimilarity. Si enim iste sit homo, & nullus alius subdit potestati sue, est sine dominatione, & potest esse dominus servorum acceptione, sicut dicit Boet. & ita est de multis aliis, de quibus omnibus non oportet exempla adducere. Confirmatur etiam ista ratio, quantum ad se totam, quia istæ confirmatio-

a Op. Hen. quodl. 9. quæst. 2. & quodl. 5. b Qu. 8. 6.
7. & quodl. 7. quæst. 1. c Text. cap. 10.
d 4. Met. Text. 3.

a 7. Topi. vide 1. 2. 5. & 7. physic. text. 6. & 1. de Gener. 5.
7. & 12. Met. 1. 3.

ges tacte, valeat pro majori, & minori. Si enim relatio nihil aliud fit realiter iudamentum, quod tamen manet sine ea; videtur negari incarnationem, & separatim accidentium à subjecto in Eucharistia: videtur etiam negari omnis compositio in entibus; & omnis causalitas causarum secundarum.

Probatio primi inconvenientis, si idem realiter natura humana sit unio eius ad Verbum: igitur si Verbum nunquam assumpsisset naturam illam, & fecisset illam absolutam eandem, ipsa æque realiter iuisset unio Verbo, sicut modo est unio Verbo: quia tota realitas iuisset tunc, quo modo. Si etiam deponeret illam naturam, manente tamen ipsa eadem in se, maneret natura illa realiter unio Verbo, & ita realiter sicut nunc est unio, quia solvatur tota realitas nature tunc, sicut modo. Secundum etiam de Eucharistia probatur, quia si manet eadem quantitas, quæ prius erat panis, & nihil aliud est inherencia eius panis, quam realiter ipsamet quantitas: igitur illa unio realiter panis, vel eum informat nunc, sicut prius. Tertium probatur, quia si A, & B. component A B, & istarum partium unio ad invicem nihil aliud fit realiter nisi ista absoluta A, & B. ergo separatim, realiter A, & B. manet tota realitas illa, quæ est ipsorum A, & B. unitorum, & tunc A, & B. separata manent realiter unita: & ita manet compositum separatis partibus componentibus: & ita compositum non erit compositum, quia quod manet compositum separatim separatim componentibus, non est compositum ex eis: nihil enim esset tunc nisi unum aggregatione, sicut Philosophus videtur deducere 7. Met. Probatur etiam quartum, quia (a) quidquid causatur a diversis causis secundis, præexistit in eis debitam proportionem, & approximationem ad hoc, quod causetur ab eis: sed si ista approximatio, & proportio nihil sint, nisi ipsamet absoluta: igitur ista sunt realiter ita causativa huius effectus, quando non sunt approximata sicut quando sunt approximata: & ita ipsa approximata, nihil possunt causare realiter, quod non possunt causare etiam non approximata, nulla enim realitate alia possunt, non potest aliqua res causari, quæ prius non potuit causari, & ita potuit fuisse argutum in tertio inconvenienti de partibus componentibus, quia si A, & B. separata non component A B, igitur nec ipsa unio: quia eadem res sicut abique omni realitate alia non potest aliquid causare modo, quod prius non potuit, ita nec eadem res abique omni realitate: possunt aliquid componere, quod prius non poterunt componere: igitur, &c.

Præterea, secundo principaliter arguo sic contra prædictam opinionem. Nihil finitum continet secundum perfectam continentiam formalem, & virtuales opposita formaliter: quia quantumcumque concedatur in Deo perfectissima continentia omnium perfectionum, secundum identitatem eorum, quæ sunt in eo, non tamen potest continere opposita formaliter absoluta in se, licet in se possit habere talia opposita virtualiter, & relativa formaliter: sed ex hoc concluditur inhi-

sum.

fundamenti. Sed æqualitas, & inæqualitas sunt opposita formaliter; & similitudo, & dissimilitudo similit, saltem ad idem correlativum, ista autem perfecte possunt fundari in eodem fundamentum successively igitur idem fundamentum, neutrum istorum continet virtualiter, & secundum perfectam identitatem: quia quia ratione non ambo, eadem ratione nec alterum. Præterea tertio arguitur. Idem non continet plura ejusdem rationis secundum perfectam identitatem eadem sibi: sed plures relationes ejusdem rationis sunt in eodem fundamentum: sicut plures similitudines iudantur in eadem albedine. Major apparet inductive in omnibus, quæ continent plura per identitatem, quia unum continens continet unum tantum ejusdem rationis. Item quarto fit. Contingens aliquid per identitatem, si est perfectum, concludit etiam contentum in eo esse perfectum per identitatem sicut aliqua perfectio habet perfectiorem intellectum, & secundum ponentes eandem esse formam intellectivam, & sensitivam corporeitatis, & substantia, intellectiva perfectiorem sensitivam includit, quam fit sensitiva in brutis, non autem semper iudamentum perfectius continet in se perfectiorem relationem: quia non omne albius est similis, ut manifestum est ad sensum: igitur, &c. Præterea, quinto, Contenta in aliquibus per identitatem, non minus differunt in contentibus magis distincte sed relationes fundata in duobus generibus minus differunt, quam duas relationes fundata in re ejusdem generis: imo in eadem specie specialissima, quia æqualitas, quæ iudatur super quantitatem, & similitudo fundata super qualitatem, minus differunt (quia unius modi) quam similitudo, & relatio (a) potentia activa, quæ possunt fundari super eundem calorem, & (b) quia alterius modi: igitur, &c. Sexto, relatio rationis est alia res rationis a suo fundamentum: ergo relatio realis erit alia res realis a suo fundamentum. Consequentia probatur, quia sicut relatio rationis est modus objecti in primo actu intellectus, & tamen non est in se nihil in genere intelligibilem, sed est in se aliquid vere intelligibile, licet non ita primum vel æque primum, sicut illud, cuius est modus: & ita non intelligitur nisi in actu reflexo, & ideo non ita perfecte sicut illud, cuius est modus: ita etiam relatio realis, licet sit modus sui fundamentum, & non æque primo cum eo, nec æque perfectum cum eo: tamen in se est res aliqua, quia quod est in se nihil est, nullus est modus realis. Non enim est aliquid nomen generalius, quam ens, vel res, secundum Avicennam 1. Metaph. cap. 5. & ideo cui non convenit esse ens, vel res, ei non convenit aliquid esse reale. Præterea, probatur conclusio ista, ad quam adductæ sunt rationes per auctoritates, & primo per Augustinum, 5. de Trinitate cap. 5. In rebus creatis, quod non secundum substantiam dicitur; restat ut secundum accidens dicatur. Ubi expresse vult, quod relatio fit accidens in creatura, & licet sit dubium, si hoc habeat intelligi de relatione, quæ est creatura ad Deum; tamen verum est de illa relatione, quæ amitti potest manente

sum.

(a) De his Modiis 5. Metaph. cap. 5.

(b) Ratio 6.

fundamento, & secundum veritatem, & secundum suam intentionem. Item per Ambrosi. 1. de Trinitate cap. 5. Si prius erat Deus, & postea pater, generationis accensione mutatus est, (a) auertat Deus hanc demeritiam a fidelium mentibus: ergo potest solam accessionem relationis realis fieri mutatio in persona divina secundum ipsum, quod non esset, nisi esset illa relatio aliqua res alia a fundamento: quia fundamentum preexistit. Item Hilari. 12. de Trinitate. dicit, Nasci quod erat, (b) iam non tantum nasci est, sed seipsum demonstrare nascendo est. Et loquitur de nativitate Filii Dei: igitur relationem novam dicit nasci. Item Philosoph. in Prædicamentis. Ad aliquid sunt quæcumque hoc ipsum, quod sunt ad aliud sunt: & per hanc rationem excluduntur substantiæ, quæ licet sint aliorum; non tamen sunt ad aliquid: igitur accipitur hoc ipsum, quod sunt, non pro esse in intellectu: sed pro esse in re, scilicet quod relationes in re hoc ipsum, quod sunt, aliorum sunt. Fundamentum autem non est ad aliud hoc ipsum, quod est: igitur est aliud esse huius, & aliud esse illius: ergo, &c. Item Simplicius ibidem super Prædicamenta ex intentione declaratur relatum ad aliud esse. Item Philosophus 12. Metaph. cap. 2. vult, quod sicut principia (c) sunt alia, ita, & principia, & exemplificat specialiter de diffinitione relationis ad alia, & principiorum relationis ad principia aliorum. Item Avic. 3. Met. cap. de Relat. videtur velle ex intentione, quod relatio habeat certitudinem propriam, & in principio capitis vult, quod secundum suam certitudinem, habeat proprium inesse, & propriam accidentalitatem.

Et quia potest protraheri de relationibus, concedendo eas non esse eandem realiter fundamentum, non tamen esse alias realitates, negando eas esse aliquas res, dicendo relationem tantum esse in actu intellectus comparatis: Contra hoc arguitur primo, quia hoc destruit unitatem universi. (d) Secundo, quia destruit omnem compositionem in universo, substantiam, & accidentalem. Terrio, quia destruit omnem casualitatem causarum secundarum. Quarto, quia realitatem scientiarum Mathematicarum destruit. Primum probatur facillime, quod scilicet destruit unitatem universi: quia secundum Philosophum 12. Met. unitas universi, est in ordine partium ad se invicem, & ad primum, sicut unitas exercitus, est in ordine partium exercitus inter se, & ad ducem. Et ex hoc contra negantes relationem esse rem extra actum intellectus, potest dici verbum Philosophi 12. Metaph. quod tales quæ sic dicuntur inconnexam faciunt universi substantiam. Secundum probatur, quia nihil est compositum sine unione partium compositionem, ita quod partibus separatis non manet compositum: nihil autem reale dependet ab eo, quod est tantum ratio, & præcipue quod est

(a) Est h. 1. de fide ad Gratianum. Vide August. 5. de Trinitate. 6.

(b) Circa med. (c) Tex. 19.

(d) Hanc viam sequitur Occamus. & sequaces Ari. 2. in quo vult convertere rationes Henrici. Tex. 52.

est tantum ratio causata per actum intellectus nostri; & saltem realitate quod non est artificiale. Igitur nullum totum compositum erit realitaturale, in necessitate ad suam esse sequitur relationem, quæ relatio nihil est, nisi ens rationis. (d) Tertium probatur, quia casualiter effectus realis non requirit ens rationis in causa, & non possunt causa secundæ causare nisi proportionata, & approximata: igitur si ista approximatio est tantum ens rationis, non poterit sub ista approximatione causare aliquid reale: quod sine ista approximatione non possunt causare, & si ista approximatio, quæ est relatio, nulla res est per te: igitur causa secundæ nihil convertit ad posse causare. Quorum probatur, quia omnes conclusiones Mathematicæ demonstrant relationes de subiectis. Quod apparet primo autoritate Philosophi. 12. (b) Metaph. cap. 1. in fine. Boni autem maxime species, & ordo, & commensuratio, & determinatum, quæ maxime obediunt Mathematicæ scientiæ: quia illa a se est in proportione, & mensurari aliorum ad invicem. Secundo patet hoc per experientiam, discutendo per conclusiones Mathematicas, in quibus orationibus committit prædicatum est aliqua passio relativa, sicut patet incipiendo a prima conclusione Geometriæ, ubi ostenditur æqualitas laterum de triangulo, vel de linea recta, hoc prædicatum posse esse basim, vel laterus trianguli æquilateri, & ita in omnibus aliis: pura quod triangulus habet tres angulos æquales duobus rectis, passio demonstrata de tribus angulis trianguli est ista, scilicet æqualitas duobus rectis: & ita est in aliis.

Quod si adhuc protrahatur, quod licet relationes non sint formaliter entia rationis, sed aliquid extra intellectum, & non idem fundamentum, non tamen sunt alia res a fundamento, sed tantum sunt modi proprii rei. Ita insuper videtur tantum contendere de nomine modi, & rei, licet enim modus non sit ita res, sicut illa, cuius est modus: non tamen nulla res est sic nec nullum ens: quia tunc nihil esset. Dicit enim B. Aug. 1. de Doctrin. Christ. cap. 1. quod signum secundum quod tantum est signum, est res aliqua, & modus signati. Et hoc probat, quia omnino, quod res sit est, nihil est, & ita relatio cadit sub divisione entis secundum se iuxta Philosoph. 5. Metaph. (c) nec omnino, in quæ dividitur ens secundum se, sunt æque prædicta entia: immo qualitas respectu substantiæ, potest dici modus, & tamen in se est vera res: ita relatio, licet sit modus, adhuc tamen est imperfectior modus qualitate, si sit extra intellectum: & non modus intrinsecus fundamenti, sicut est infinitas in Deo, & omnium essentialium, quæ sunt in eo, sicut dictum est J. 8. lib. 1. (d) sequitur ergo, quod talis modus alius a re extra naturam rei, sit res alia a fundamento, accipiendo rem generalissime, ut dividitur in decem genera.

Et si dicas, quod genus Relationis est res, non propter modum illius, qui est habitudo ad aliud: sed propter rem, cui convenit esse ad

a 1. d. 5. quæst. 2. num. 9.

b Com. 22. 1. Euclid. octavum resp. Nominal.

c Tex. cap. 14. d Quæst. 3. & 4.

ad aliud. Hoc non est verum, quia omne ens ad se consideratum sub ratione absoluta, potest pertinere essentialiter ad aliquod genus absolutum, sicut per se unum. Nullus enim modus concipiendi, cum quo stare potest unitas per se conceptus, qui conceptus sit absolutus, tollit quia illud sic conceptum pertinet ad genus absolutum: quia illud sic conceptum includit aliquod absolutum dictum de se in *quid*. & aliquid in *quale*, per quod distinguitur ab aliis conceptibus absolutis, ut genus, & differentiam extra intellectum: omnis talis est respectus, sive habitudo, sive relatio, sive qualitercumque nonlietuer, quia ista sunt synonyma: & illi respectus potest per se concipi, ut per se unum habens, aliquid predicatum quidditativum dictum de eo in *quid*, & est aliquid extra animam, ut probatum est, & distinctum ab illo in quo fundatur, ut probatur 1. art. ergo potest habere quilibet istorum respectuum genus proprium, ut respectus sunt, non includendo essentialiter fundamenta: & ita realitas eorum, que sunt in isto genere: non est præcise talis propter fundamentum formaliter loquendo, quia fundamentum est extra per se rationem istorum, ut habent completam rationem entis in genere reali. Sic igitur declarata realitate relationis in secundo art. & etiam ejus distinctione reali a fundamento in primo art. & hoc quantum ad illas relationes, de quibus concludunt rationes ibi adductæ, videtur sufficienter improbari prima opin. secundum quemcumque intellegendum ponatur intelligi.

Ad primam alterius opin. dico, quod nihil alienius generis dicitur de Deo, sicut dictum est *dist. 8. primi*; & sicut absoluta, ita relationes, que formaliter dicuntur de Deo, non sunt alienius generis: sed transcendentes, & passionis entis in communi: quia quidquid convenit enti in quantum est indifferens ad infinitum, & finitum: convenit ei prius, quam dividatur in genere, & ita est transcendens. Ad illud quod non est compositus album simile quam album tantum, quamvis illud possit faciliter exponi faciendo vim in vocabulo, dicendo, quod compositio est simul positio: tamen non curando de vocabulo, dicendum est consequenter, quod album simile est compositus, quam album tantum: (*a*) quia habet in se actum, & potentiam distincta realiter. Hoc etiam debet concedere illo, pro cuius opin. fit istud argumentum. Concedit enim ipse, quicumque esse differentiam intentionis sine compositione, & quod relatio differat a fundamento in creaturis, differentia intentionis; Concedit etiam in divinis, personam esse quasi compositam, & essentialiter esse quasi potentiam, & relationem quasi actum. Sed ubi ista sunt *quasi actus*, & *quasi potentia*, ibi est quasi compositio: igitur ubi est actus, & potentia, ibi est vere compositio, non tamen est compositio ex duabus entitatibus absolutis, quia altera entitas non est absoluta entitas. Ad secundum de mutatione, respondet Simplicius super Prædicamenta: quod sicut relatio non est tota ad se, sed ad alterum: ita ille, cui venit, non mutatur ad se, sed ad aliud.

Et si

Et si tunc mutari dicitur solum illud, quod aliter se habet ad se, nunc quam prius, tunc non est mutatio in *ad aliquid*. Si vero *mutari* sit commune ad aliter se habere ad se, & ad alterum: tunc mutatio est in *ad aliquid*, sicut vult simplicius, quia secundum relationem se habet aliquid aliter ad alterum. (*a*) Philosophus tamen quia ponit, quod non est possibile aliquid aliter se habere ad alterum, nisi aliter se habeat ad se, ideo dicit, quod in *ad aliquid* non est motus. Unde solum ostendit in quibus Prædicamentis est per se primo motus, & in quibus non. Item Philosophus ibi ostendit, quod in substantia non est motus, & tamen ibi est mutatio: ergo ex intentione Philosophi, non potest haberi nisi quod in *ad aliquid* non sit motus, cum quo tamen fiat, quod ibi sit mutatio. Et confirmatur ista responsio per auctoritatem Ambrosii supra adductam, qui relationem concedit esse aliam rem a fundamento, & esse mutationem ad illam. Ad tertium de *in esse*, concedo quod relatio habet proprium suum *in esse*, sicut dicit Avicenna. 3. *Metaphysicæ*. & tamen non sequitur compositio illius generis ex aliquibus essentialiter inclinis: quia etiam quantitas habet suum *in esse*, quod non est de ratione sui generis formaliter, & tamen non est composita, compositione respiciente naturam generis. Hoc autem ideo est, quia passio inest rei cuius est, & non est de per se intellectu illius: quod tamen magis videtur esse verum de passione, quam de relatione. Cum ergo arguitur, quod relatio fundata super substantiam habet propriam accidentalitatem, quia proprium *in esse*, respondeo, si aliqua fit talis relatio, & de ipsa concludantur rationes supradictæ in primo articulo, concedo conclusionem, utraque pars antecedens videtur esse vera de identitate specifica individuæ ad aliam individuum in specie, sive de similitudine essentiali secundum formam specificam. (*b*) Ad quartum de processu in infinitum dico, quod non sequitur: quia relatio seipsa refertur ad fundamentum: non enim potest esse absque fundamento, nec absque se sine contradictione. Ipsa enim existens, & fundamento simul, ambo sunt extrema illius relationis, quæ est ejus ad fundamentum: ergo ipsa non est absque contradictione sine relatione ejus ad fundamentum: & ita fine contradictione non potest esse sine fundamento, & ita relatio illa, qua ad fundamentum refertur, erit eadem sibi, & hoc magis patet in proxima solutione sequentis quæst. Ad quintum de distinctione dico, quod relatio habet suam distinctionem in suis speciebus, sicut aliud genus habet distinctionem in speciebus suis: & tamen illa non innoscit nisi per fundamenta, propter modicam entitatem suam, quam habet in fundamentis suis: ita etiam in aliis accidentibus, que habent majorem entitatem, & realitatem, quod aliquando distinctio fit per extrinsecam, & per illam cognoscitur distinctio intrinsecam, que est in eis: est tamen formalis intrinsecam, sed non innoscit, nisi per extrinsecam.

Hoc

a Non datur mutatio relativa sive absoluta in altero extremorum. 5. *Physicæ* 7.

b Relatio seipsa refertur ad fundamentum. Scot. 5. d. 8.

a Vid. 1. d. 5. quæst. 2. num. 2. & seq. Vide Henric. ubi cit. 1. d. 3. quæst. de vestigio & dist. 36. 43.

Hoc ergo visio de relationibus in communi, (a) videndum est de relationibus in speciali creaturae ad Deum: & est una opinio quae dicit illam relationem esse eandem fundamentum, & hoc ita, quod fundamentum nihil est, nisi quaedam relatio ad Deum, quia licet creatura in se sit ens, in respectu tamen ad Deum dicitur non ens; secundum Anselmum, sic etiam licet in se sit ens absolutum, tamen respectu Dei non est nisi quidam respectus. Cum ista videtur concordare illud, quod dicitur quod relatio sit ratio de sui fundamenti, quod improbatum est de 3. primi quaest. de Festigio. art. 3. (b)

Contra istam opinionem est Aug. 7. de Trin. cap. 2. Omne, quod relative dicitur, est aliquid excepto relativo. Et in principio tertii, Quod nihil est, ad se, non est quod ad alterum dicitur. Fundamentum ergo relationis est aliqua entitas formaliter non includens illam relationem formaliter, quia si formaliter includeret eam, non esset iommaliter relatio ad aliud, sed ad se, quia fundamentum suum est formaliter ad se, cum quo ponitur formaliter idem. Nec possit esse fundamentum primum relationis, ad hoc enim esset querere de illa relatione prima, in qua poneretur. Non est ergo praesice aliqua relatio fundamentum alijus relationis, quod etiam apparet in relationibus divinis, ubi est maxima identitatis in fundamento, & tamen fundamentum non est formaliter relatio (c) quia tunc non esset perfectio formaliter inferioris. Praeterea, distinctio indicat totam quidditatem rei, si est perfecta; sed distinctio lapidis non includit essentialiter, vel formaliter respectum ad aliud, quia tunc non esset distinctio lapidis, ut est in genere absoluto, & ita non esset distinctio lapidis, ut est in genere substantiae, vel ut speciei substantiae: ergo in essentia lapidis non includitur formaliter alius respectus. Tertio sic, secundum istam opinionem creatura non magis distinguuntur a Deo, quam relationes in divinis inter se, quia omnes relationes oppositae sunt aequae distinctae, & specialiter quae pertinent ad eundem modum relativitatis: relationes autem divinae, quae sunt relationes otiosae, pertinent ad secundum modum relativitatis, ad quem etiam videntur pertinere illae relationes, quae sunt in Deo ratione causa efficientis ad creaturam: igitur si creatura tantum sit relatio, & relatio opposita in Deo, sicut filio est relatio subsistentis opposita rationi Patris, aequalis erit distinctio hinc, & inde. Et confirmatur ratio, quia tunc suppositum creatum non esset nisi relatio quaedam subsistens: & sic difficilissimum esset concipere modum existendi personae creatae, quam increatae. Et si dicas, quod creatura differunt in natura absoluta in se, non sic divinae personae: quod minus diliter creatura a Deo, videtur etiam sequi ulterius, quod minus diliter creatura a Deo, quam una persona divina ab alia persona divina: quia in personis divinis

a Henr. quodl. 3. quaest. 9. Vide Var. quaest. 4. bu. ur.

b 2. m. cap. 31

c 1. & 6. Top. & 2. Posterior. & cap. Metaph. text. co. 41. & 42.

nisi est ratio realis, & mutua: sed inter creaturam, & Deum non est mutua relatio realis: ergo, &c. Quarto ad principale arguitur sic, quae distinguuntur formaliter non sunt idem formaliter; & praesice: quia distinguuntur formaliter, & non distinguuntur formaliter, quia nihil essent nisi illud indistinctum formaliter: sed relatio creaturae ad Deum, non distinguuntur formaliter, nec specie in diversis creaturis: igitur vel creatura non differunt specie, vel creatura non erit praesice illa relatio. Probatio minoris, illis relationibus omnibus in creaturis correspondet idem extremum ex parte Dei & relationibus autem alterius rationis, non correspondet terminus ejusdem rationis. Quinto licet in creatura est triplex relatio ad Deum: igitur quia ratio ipsa nihil erit nisi una relatio, pari ratione nihil erit nisi alia relatio, igitur non potest praesice esse aliqua una istarum: nec potest esse omnes illae: quia omnes istae differunt formaliter inter se, & tunc quilibet una essentia, haberet distinctionem formalem a seipsa. Vel sic: una natura formaliter, & specificis non est plura specificis: sed quilibet natura habet tres relationes respectu Dei, specie differentes, quod patet, quia e converso in Deo ad creaturam sunt tres relationes secundum rationem: igitur, &c.

Aliter ponitur, quod ista relatio Angeli ad Deum, differunt (a) realiter ab essentia Angeli, quod confirmatur per August. 5. de Trin. cap. 5. ubi dicit, quod in creaturis, quidquid non secundum substantiam dicitur, restat ut secundum accidentia dicitur; & arguitur, quod in creaturis, relatio sit accidens: quod etiam expresse vult in eodem libro, cap. 16. dicens: Illa sunt accidentia relativa, quae cum aliqua mutatione rerum, de quibus dicuntur, accidunt. Et vult ex hoc relationem creaturae ad Deum esse accidentis: non autem eam, qua relative dicitur Deus ad creaturam, & hoc expressius dicit ibidem in fine. Quod ergo temporaliter dicitur incipit Deus, quod ante non dicebatur, manifestum est relative dici: non tamen secundum accidentia Dei quod est aliud accidens, sed plane secundum accidentia eius, ad quod dicitur Deus incipit relative.

Contra istud. Substantia est prior accidente tripliciter, secundum Phi.osophum 7. Metaph. (b) scilicet cognitione, distinctione, & tempore. Et hoc quod est esse prius tempore intelligitur sic, quod nulla est contradictio ex parte substantiae, quin prior possit esse duratioe omni accidente: ergo non est contradictio, quod lapis esset prior duratioe omni dependentia ad Deum: & per consequens non est contradictio, lapidem non dependere ad Deum: quod videtur absurdum. Praeterea Aug. aut accipit ibi accidentis communitate, pro quolibet mutabili, & tunc substantia quaelibet creata erit accidens, quia est mutabilis: aut accipit ibi accidentis pro mutabili, id est, amissibili, scilicet, quod potest alio manente, scilicet substantia, amitti: & hoc manifeste est posterius duratioe, vel natura. Si hoc modo: igitur relatio creaturae ad

a Henr. quodl. 9. quaest. 3. Vide Var. ubi sup.

b Text. 4. Substantia prior accidente tripliciter explicatur.

ad Deum non est accidens, quia non potest creatura manere, nec duratione, nec natura, sine ista. Et hoc modo videtur ipse loqui. cap. 5. quomodo sunt aliqua accidentia inseparabilia: quia est corpus manens non possit amittere nigredinem, tamen potest amittere plumam, & alia quaedam. Hec quidem non tantum est mutatio. quia si sic, ipsa amissa plumae esset mutatio, sed est amissio: quia sicut pluma est prior naturae nigredine: ita etiam potest esse posterius natura nigredine: hoc est non primo corruptum corruptione nigredinis.

Ad quaestionem istam igitur dico, quod relatio ad Deum communis omni creaturae, est idem realiter fundamentum: non tamen idem formatum, nec praesens idem, sive non idem identitate ad quata, ita quod fundamentum sit tantum relatio formaliter. Primum probatur per duas rationes, quia illud, quod proprie dicitur inesse alicui, sine quo illud non potest esse sine contradictione, est idem sibi realiter; relatio autem ad Deum proprie inest lapidi, & sine ea non potest esse lapis sine contradictione: ergo illa relatio est eadem realiter lapidi. Probatio majoris, quia sicut contradictio dicta de aliquibus, (a) est via conclusionis distinctionem; ita impossibilitas recipiendi praedicationem contradictoriorum pertinentium ad esse, est via concludendi identitatem in esse, & hoc ubi non est dependentia essentialis, quae requirit distinctionem manifestam. Quod declaro sic, quia impossibilitas quod A, sit sine B, aut est propter identitatem B, ad A, aut est propter prioritatem, aut simultaneitatem in natura: ergo si B, non sit prius naturaliter quam A, nec necessario simul natura; & A, non potest esse absque B, sequitur, quod A, sit idem. B, si autem sit aliud, & posterius eo, non est verisimile, quod non possit esse sine eo naturaliter absque contradictione. Sed quod inest alicui proprie, sicut relatio inest fundamentum, hoc est, quod ita inest, quod si esset aliud, esset posterius eo natura: tunc nec est prius natura, nec simul cum eo, cui inest: ergo si necessario requiritur ad esse, ita quod illud aliud non potest esse sine eo, necessario est idem realiter sibi. Ita est in proposito. Minor est manifesta, quia sicut impossibile est lapidem esse sine Deo, ita impossibile est lapidem esse sine dependentia eius ad Deum: nam si posset esse sine dependentia illa: posset esse sine termino illius dependentiae, non enim est impossibilitas essendi absque termino, nisi propter ipsam dependentiam, non est autem aliquid non necessarium simpliciter, ratio simpliciter necessarii: ergo, &c. Contra rationem istam inso, quia tunc qualibet relatio, quod inest essentiae divinae, per actum intellectus divini, esset eadem illi essentiae. Probatio, quia impossibile est illi essentiae esse sine ea, si enim talis relatio posset esse nova: ergo intellectus divinus posset mutari, quod est impossibile: sed ponere talem eandem illi est

est ponere inconveniens, quia tunc esset realis. Quidquid enim est idem rei, est reale, illa autem relatio non est realis, ex dist. 10. primis: ergo, &c. Respondeo (a), impossibilitas separationis potest esse ex ratione ipsius, a quo aliquid est inseparabile, & potest esse ab aliquo extrinseco. Exemplum huius secundi, quia secundum Philosophum contradictio est caelum esse sine motu: non quidem ex causa intrinseca in caelo, quia est receptivus motus, & indifferens ad quietem, sicut ad motum: sed ex causa extrinseca movente; non tamen se iuritur, quod caelum sit motus suus, licet non posset esse sine eo. Modo dico, quod impossibilitas essendi lapidem absque dependentia eius ad Deum, est ex ratione lapidis praesens: ex qua etiam est ratio impossibilitatis essendi lapidem sine termino dependentiae. Quidquid enim est ratio requirendi terminum dependentiae, est ratio habendi dependentiam illam: sed in ista instantia adducta, non est necessitas simpliciter inhaerentiae talis relationis, nec impossibilitas oppositae ex natura rei, ex parte essentiae divinae, quasi impossibile sit eam esse, nisi exigat terminum ad quem, quem impossibile est non esse, sed tantum est impossibilitas ex causa extrinseca, scilicet in intellectu divino, causa inquam simpliciter necessario agente; & ideo impossibilitas est ex parte eius noviter agente. Secunda ratio principalis ad primum membrum solutionis est ista, quod unquam dicitur de omni alio a Deo, nulli dicitur ad Deum accidere: sed talis relatio communis omni creaturae, unquam dicitur de omni alio a Deo ad ipsum Deum: ergo nulli accidere, & ita est idem fundamentum. Probatio majoris, quia si alicui accideret, pari ratione, & aliter; ut puta si relatio effectus ad causam accideret lapidi, & per consequens esset res alia a lapide, pari ratione ipsa haberet relationem ad Deum: ut effectus ad causam, & tunc accideret sibi alia relatio effectus, & ita esset alia relatio, & sic in infinitum. Contra (b) istam rationem inso, quia non videtur inconveniens, procedere in infinitum in relationibus, dictum enim est in primo libro, quod relatio fundatur supra relationem, sicut proportionalitas supra proportionem. Ex hoc arguitur, si Soteles est idem Platoni: ergo illa identitas Soteles est eadem identitati Platoni: & pari ratione illa secunda identitas, est eadem identitati: & prima identitas erat alia ab identitate fundamenti, quia fundamentum poterat esse sine ea: ergo pari ratione quolibet identitatis est alia ab identitate illius cuius est: & ita erunt infinitae relationes reales. Et ita potest argui de proportionalitatibus & similitudinibus. Ad istud respondeo, quod status est in secundo. Quod ut intelligatur accipiantur prima fundamenta Sor. & Plat. inter quae est identitas matris, & dicitur illa in Sor. A. & illa in Platone B. identitas autem A. ad B. dicitur C. & illa identitas e contrario in B. dicitur D. dico tunc, quod A, differt

Tom. II.

D

a Sor.

a Quod nequit esse sine alio, nec est posterius eo, est idem ei realiter. Hinc videtur partes simul sumptas unitas non distinguere a toto, de quo Scot. 1. 2. qu. 2. ar. 1. Anton. 4. ar. 7. Metaph. qu. 1. ubi. Tromb. in for. ar. quae idem: & dist.

a Qu. 1. Quae 8. Phys. & 2. Cori & 9. & 12. Metaph. Dupliciter aliquid est inseparabile ab alio.

b Distincti. 19. & alibi idem in 4. dist. 6. ar. fin. qu. 2. & dist. 12. qu. 1. & in quadi. 9. 3. & 6.

a Sorte, quia Sortes potest esse sine A. quia potest esse sine ejus termino, & ipsa non potest esse sine termino, A. tamen non differt a C. sed C. est idem sibi: quia A. non potest esse sine B. cum sint simul natura: & per consequens contradictio est A. esse, nisi tunc fundamentum ejus; quod est C. quam etiam terminus ejus sit: sed fundamentum, & terminus ipsius C. existentibus, necessario est C. ergo contradictio est A. esse sine C. & C. inest formaliter A. quia A. dicitur idem ipsa eadem identitas, quae est C. ergo C. est idem ipsa A. & per consequens ibi erit status. Et si quaeras, quia identitate est C. idem ipsa A. dico, quod ipsa A. quia illa identitas non est nisi rationis, quia simpliciter ejusdem ad se. Eodem modo est status desimilitudinibus proportionalitatum, quia una proportionalitas est simpliciter similitudine essentiali. Duo etiam individua ejusdem speciei, dicuntur similia in forma specifica, & ita sicut est status in identitate specifica in secundo, non in primo, ita & in similitudine proportionalitatum.

Secundum membrum, scilicet quod relatio non sit eadem formaliter fundamentum, suppono manifestam esse intellectui ejus, quod dicitur formaliter idem, quia per se ratio respectus, non includit formaliter rationem absolutam, nec absolutam per se includit formam rationem respectus. Similiter quod ibi additur, quod fundamentum non sit precise ipsa ratio: hoc probatur contra primam opinionem, & tunc intelligitur, qualiter possit esse vera idemitas, & non praecisi hoc modo: quando in creaturis aliquid continet per identitatem, sive native plura, non est hoc ex perfectione illius contenti, sed ex perfectione contentis. Sicut si anima intellectiva secundum aliquos continet animam vegetativam, & formam substantialem: non est hoc ex perfectione formae substantiae: quia ipsa non continet omnes formas alias, sed ex perfectione animae intellectivae. Similiter si hoc ens, continet quantum passionem entis, ut veritatem, & bonitatem, & unitatem, non est tamen illa contentia ex perfectione contenti, sed ex perfectione contentis. Quomodo quidem, & in divinis, quod relatio sit eadem fundamentum, non est ex perfectione relationis, quasi ipsa continet essentiam per identitatem: sed ex infinitate formali essentiae, propter quam ipsa habet in se relationem per identitatem. In omnibus istis, & maxime in creaturis, contentum non est precise contentum: sed est ita perfectum entitas in se, sicut esset, si contentum esset extra se, vel sibi additum: Immo perfectior entitas est, quia ex perfectione sua continet omnem aliam entitatem. Unde anima intellectiva non tantum est forma substantialis, ut sensitiva: quia tunc non esset perfecta: sed est ita perfecta illa ultima entitas, quae est ibi, sicut si praesupponeret aliam entitatem a se, ita dico in proposito, quod fundamentum non est tantum relatio, quam continet per identitatem: sed est ita absolutum, sicut si relatio esset sibi addita, vel omnino nullam haberet relationem, quia non est hoc ex imperfectione sua, sed ex perfectione, vel simpliciter, vel aliquatenus: quia continet illam relationem per identitatem, ita quod ipsa contentia est, quasi praevient ipsam accidentalitatem relationis, ne ipsa possit esse accidentis, quia ipsa perfecte continetur in substantia: quae tamen relatio

hinc

si non sic contineretur, ex se non haberet forte, quod esset per identitatem substantialem.

Ad argumenta principalia hujus quaestiones. Ad primum de *4. Metaph.* dicitur, quod inter omnia esse aliquid, ut ad opinionem, & sensum. Sed contra, consequens debet differre ab antecedente improbatum. Ideo aliter dico, quod inconveniens est omnia esse ad aliquid, ita quod ipsum esse, sit formaliter ad aliud esse, sicut dicit illa opinio, quae dicit omnia apparentia esse vera: quae etiam dicit, quod ipsum esse rei est formaliter in *apparere*. Nec hic concedo (a) omnia esse ad aliquid, ita quod eorum esse sit formaliter ad aliud: immo ipsum esse est formaliter ad se, sicut per identitatem continent esse illorum, quae sunt ad aliud. Ad secundum, est negati possit de relativis, vel eorum, quae sunt in diversis generibus: quia tunc diceretur esse primo diversa, quantum scilicet ad rationes formales eorum, ita quod nullum illorum formaliter includit alterum, nec aliquid alterius: licet per identitatem in existendo unum continent alterum, potest tamen dici consequenter ad alias dicta, quod hujusmodi relatio est transcendens, quia quod convenit enti aequum descendit ad Genera, est transcendens: sed quod convenit omni enti, convenit enti aequum in genera descendit: ergo quod est tale, est transcendens, & non alicujus generis determinati, licet sunt hujusmodi relationes: ergo, &c.

Ad auctoritatem Augustini pro ultima opinione concedo (b), quod relationes in creaturis sunt accidentia, loquendo de relationibus creaturarum, ad illa, ad quae non dependent essentialiter; ad quaecumque autem essentialiter dependet A. ipsa dependentia ejus essentialis non est sibi accidens, hoc est, non est aliud realiter, & tunc illud primum, quod adducitur de *5. Trin. c. 5.* quod in rebus creatis illud, *Quid non secundum substantiam dicitur, restat, &c.* exponendum est secundum accidens dicit, quod non per se praedicatur in quid: & cum hoc est etiam mutabile, non tamen manente fundamento, sed per mutabilitatem fundamenti, & prima conditio deficit in praedicatis essentialibus, vel positus in substantialibus dicitis de creaturis. Secunda conditio deficit in relationibus divinis: sed ambe concurrentes sufficiunt, & ita potest exponi ultima auctoritas, de *16. cap.* quia illa sunt accidentia in his, ad quae dicitur Deus, hoc est sunt simpliciter mutabilia, non tamen amissibilia, & sunt dicta accidentaliter, hoc est non essentialiter de substantiis: & una conditio deficit in relationibus divinis.

Ad illam primam quaestione de creatione, dico, quod creatio non tantum videtur importare relationem ad Deum, in ratione causae efficientis, sed etiam respectum ad non esse praecedens: & hoc ordine durationis, ut accipitur proprie creatio. Sed iste ordo potest intelligi, vel ad non esse immediate praecedens, vel indistincte, & primo modo tantum dicitur res creari in primo instanti, secundo modo potest dici

D 2

r 8

a Vide Scot. 1. d. 3. q. 5. n. 12. de vestigio ubi agit contra rationem Henrici. Sump. n. 15. solvendo 1. arg. Henrici. 1. d. 8. q. 3. & in quod. q. 3. & 5. b. Ad August. sup. n. 10.

res semper creati dum manet. Si loquamur de prima relatione, scilicet ad causam efficientem, patet solutio ex questione precedenti. Si de secunda relatione, videtur quod illa non sit eadem fundamentum, quod sequitur ex illo secundo modo, prout tantum convenit rei in primo instanti, si idem respectus ad *non esse* maneat tantum in illo instanti, absolutum autem manet post illud instanti: & manent, non manent, non est idem realiter. Sed de ordine illo ad *non esse* indistincte accepto, videtur idem, nisi probati possit contradictio, quod illa essentialiter possit esse absque reobecta ad *non esse* duratione precedens. Quod si probetur hoc in tertia questione quanta, quod contradictio sit lapidum esse sine respectu ad *non esse* precedens duratione, tunc posset dici consequenter, quod iste respectus non differt a fundamentum, nisi quod iste respectus non est dependentia ad aliquid, ad quod habens illum essentialiter dependeat. Non est autem generaliter dictum in precedenti questione, quod omnis respectus est idem realiter cum suo fundamentum: sed omnis respectus dependentia ad aliquid, sine quo dependens non potest esse, idem est dependentia. Si autem non sit contradictio lapidum esse sine tali ordine ad *non esse*, tunc planum est illum ordinem non esse idem fundamentum. Si ergo, vel secundum unam opinionem creatio secundum utrumque respectum, quem dicit, est idem fundamentum, vel saltem quantum ad primum respectum, licet non quantum ad secundum.

Secundum primam opinionem, potest responderi ad primum argumentum, quia auctoritas loquitur de his passis, que per se includuntur in quidditate rei, ut quidditas est. Unde excludit *unum*, & *multa*, actum & potentiam; quia nullum tale est de per se intellectum quidditatis (a). Et ita concedo quod nulla ratio sit idem formaliter fundamentum, uti realiter, & per idem item quandoque continetur in eo, ut est in proposito.

Ad secundum patet, quod ille respectus ad Deum, non tantum manet in primo instanti, sed semper dum manet res: sicut dicitur in 2. qu. 2. ad finem. *in us. libri*. Ad tertium, etsi non sit verum, Deum non posse reparare eundem motum, de quo in quarto dicitur, tamen si hoc concedatur, conceditur propter interpositionem, quae secundum eos prohibet identitatem motus reparati, & destructi. Sed hoc non concludit in proposito, nisi quod creatio non posset reparari eadem, in quantum dicit ordinem immediatum ad *non esse*, non autem in quantum dicit respectum ad causam. Unde idem respectus potest reparari, quia eadem materiam fuit in matre Christi ad ipsam post resurrectionem, que ante fuit. Ad quantum, concedi potest, quod creatio passiva inest igni ab igne generante, illa scilicet creatio, quia omne aliud a Deo dicitur creati, sive creetur, sive generetur. Nec sequitur, si inest ab igne generante: ergo est ab igne generante, ut ad terminum. Nam

lumi

similitudo inest huic alio, & illi alio a generante ipsa, & tamen non oportet illum similitudinem esse ad generans, sicut ad terminum. Ad quintum, cum arguitur de mutatione, ubi videtur esse difficultas de majori, & de minori; dico, quod in mutatione naturali, ubi est materia, & forma, & agens, & compositum ex materia, & forma, sunt respectus multi: puta respectus agentis ad compositum productum, & e contrario respectus compositi producti ad agens: respectus materie ad formam; & e contrario: & utriusque respectus ad totum, & e contrario; & respectus compositi, & forme presentis ad oppositum precedentem, & non solum illa absoluta, scilicet compositum, & formam, precesserunt sua opposita: sed etiam illos respectus materie ad formam, & e contrario, & forme ad compositum, & e contrario, precesserunt opposita sua. Et ideo potest esse respectus omnium istorum respectuum ad opposita sua. Nec hoc tantum, sed etiam omnes isti respectus sunt ab agente, & ideo potest esse respectus istorum respectuum ad agens: ita quod de istis multis respectibus, accipiendo illos, qui sunt ad propositum, materia habet respectum ad formam, sicut perfectibile, & illud, quod perficitur ad perfectionem, & illa coeva sunt existentia compositi. Ille etiam respectus est ab agente effective inducente formam, & perfectionem materiam hac perfectionem formali: ita quod in respectu isto, qui est materie ad formam, ut receptivi ad perfectionem, sive ut perfectibilis ad perfectionem, fundatur respectus passivi ad agens. Ille etiam respectus succedit suo opposito, quia materia non prius fuit formata. Illos tres respectus (a) videtur dicere mutatio passiva, scilicet respectum materie ad formam, ut receptivi ad perfectionem, sive ut perfectibilis ad perfectionem: & respectum passivi, sive producti ad agens, sive producers: & respectum posterioris ad oppositum precedentem. Duo autem istorum respectuum, scilicet primus, & tertius, videntur universaliter concurrere ad mutationem absolutam, non comparando eam ad agens: & isti exprimuntur per illam rationem mutationis, quia dicitur aliquid mutari, quia aliquid aliter se habet nunc, quam prius, si habere exprimat respectum materie ad formam, sive perfectibilis ad perfectionem, secundum quam sic se habet, hoc est, quod acturatur illa perfectione, sed aliter quam prius. Ecce alius respectus, fundatur in alio respectu materie ad formam, sive perfectibilis ad perfectionem. Et si fundatur, quod mutari est aliquid aliter se habere nunc, quam prius ab aliquo mutante, ecce tertius respectus. Ad propositum ergo potest dici, quod mutatio accepta proprie, non est eadem forme: quia mutatio tunc maneret manente forma, nec est eadem respectus materie ad formam, nec e contrario: quia tunc semper maneret, dum manet compositum. Sed est ordo materie ad formam, ut novus, id est, immediatus ad talem ordinem: & neuter istorum ordinum est dependentia essentialis ad aliquid, ad quod dependet habens illum ordinem: & ideo neuter est idem absolutum, sic ergo conceditur

D 3

Major

§ Sed est quest. 1. tenendo alium ordinem quem hic habes.
Diss. 43. qu. 1. Creatio eadem an possit reparari.

a Assignatur respectus qui concurrunt ad mutationem passivam.
5. & 6. Phys. & 1. Cal.

Major hujus rationis. Et ad Minorem dico, quod creatio est productio totius creati in esse, non est supposita aliqua parte ejus: ita quod licet creatum habeat duas partes, quarum altera naturaliter posset precedere alteram, & eam recipere ut suam perfectionem; tamen ut totum crearetur, non videtur prius terminus creationis esse pars aliqua, sed totale esse, aut saltem si loquamur de Angelo creato, ibi nihil est potentiale recipiens aliquid actuale, sub cuius opposito praesentur. Et tunc si dicatur mutatio habitudo potentialis ad actualem novum, ita quod potentiale praesentur in se, & tamen sine illo actu. Patet, quod nulla creatio est mutatio, quia nullum potentiale praesentur. Si autem mutatio dicitur nova actuatio ipsius potentialis; ita quod illud potentiale non praesentur sub actu; nec tamen oportet, quod in se praesentur: nec sic creatio Angeli est mutatio, quia nullum potentiale est in eo: tamen sic posset dici, quod creatio ignis est mutatio, si ignis crearetur, quia in eo est potentiale, & actuaretur per formam, & aliter se haberet nunc, quam prius; non quod prius fuerat, sed quod non sic se haberet prius sicut modo. Et videtur, quod in distinctione mutationis illud, *aliter se habere nunc, quam prius*, non oportet, quod accipitur positive: quia planum est, quod non referatur ad subiectum sed ad terminum a quo; terminus autem a quo mutationis, proprie non est aliquid positivum, sed privatio, secundum Philosophum 5. *Phys.* Dico nunc, quod vel nulla creatio est mutatio, si oportet semper potentiale (a) in se praesentur, & noviter actuari a forma recepta; quia nullus creati potentiale praesentur: vel saltem creatio simplicis, non est mutatio, si fuerit potentiale non fuisse sub illo actu, in quo nunc est, & ita noviter fuisse sub actu per mutationem. Sed quomodoecumque sit ratione illius ordinis immediati ad non esse, propter quem concessum est mutationem distingere a forma: concessum est etiam creationem non esse eandem realiter fundamentum, quia ille ordo immediatus ad non esse, non est idem si non maneat, nisi in primo instanti: sicut propter illum eundem ordinem, non manet creatio, nisi in primo instanti cum forma.

QUAESTIO SEXTA.

Utrum Angelus & anima differant specie?

SEXTO, & ultimo circa hanc distinctionem. Ubi magister tractat de creatura mere spirituali, & creatura composita ex corporali, & spirituali, quaerit, *Utrum Angelus, & anima differant specie?* Quod non, primo, quia si essentia differunt specie: ergo, & potentia, quae fundantur in eis; & si potentiae, ergo & operationes: & ultimus, ergo & objecta, ex 2. *de Anima*, consequens est falsum, quia idem est objectum intellectus Angeli, & anima. Secundo sic, Augustinus de liber. arbit. lib. 3. *Angelus, & anima sunt natura pares*, sed

a *Text. 67. & 8.*

sed in officio impares (a): sed paritas natura non est in differentibus specie: ergo, &c. Tertio, quia si sint alterius speciei, una factumum se totum erit nobilior altera, & per consequens quodlibet individuum nobilioris erit nobilior quolibet individuo ignobilioris, & ita vel quilibet Angelus erit perfectior quolibet anima, vel e contrario. Et tunc ulterius, cum capacitas sequatur naturam, vel erit capacitas major cujuslibet Angeli capacitate cujuslibet anima, & e contrario; & cum beatitudo requiratur totam capacitem naturae saturari, sequitur quod maior perfectio necessario est in quolibet Angelo ad hoc, quod fit beatus, quam sit in quolibet anima; vel e contrario: quorum utrumque est falsum: quia Angelus, & anima se habent, sicut excedentia, & excessiva in beatitudine.

Contra, quanto forma creata est nobilior, tanto distinguitur in plures gradus nobilitatis: sicut sunt plures formae mixtae, quam elementares & plures formae animatae quam inanimatae: & forte plura animalia quam planta: igitur plura erunt differentia speciei in natura intellectiva, quam non intellectiva, hoc non potest esse nisi Angelus, & anima different specie: ergo, &c.

Conclusio istius questionis est certa, scilicet quod Angelus, & anima differant specie: quia formae ejusdem rationis habent eandem rationem (b) perficiendi, & non perficiendi: sed anima naturaliter est perfectiva corporis organici in forma, Angelus autem naturaliter est non perfectio alicuius materiae: igitur, &c.

Sed quae sit (c) prima ratio hujus distinctionis specificae, dicitur ab aliquibus, quod unibilis ad materiam, & non unibilis ad materiam.

Contra, forma est finis materiae, ex 2. *Physic.* & ideo distinctio materiae est propter distinctionem formae, & non e contrario. Unde membra cervi differunt a membris leonis, quia anima differat ab anima: igitur non erit prima distinctio specificae hujus, & illius per materiam, & non materiam, sed prior erit distinctio ipsorum actuum in se. Quod confirmatur manifeste. Quia enim haec natura est talis, & illa non, ideo haec non est illa: igitur ista ratio perficiendi, & non perficiendi, non erit prima ratio distinctiva.

Aliiter dicitur (d), quod gradus intelligendi major, vel minor in Angelo, & anima, est principium distinctivum unius ab alio, quod confirmatur per simile, quia anima sensitiva non videtur distingui in brutis, nisi secundum diversos gradus sentiendi: & tamen ibi est differentia specificae. Igitur ita potest esse hic penes diversos modos intelligendi, perfectiorem scilicet, & imperfectiorem. Quis (e) autem sit

D 4

iffe

a *Text. cap. 33. Arg.* b *Them. contr. Gent. l. 2. cap. 91. & 94.* c *S. Bon. l. 2. distinct. 1. in 2. par. art. 8. quest. 1. Text. c. 23. 1. de anima com. 52.* d *Alex. de Ale. 1. 2. cel. de substantia Angeli q. 2.* e *Quare D. Tho. 1. par. q. 58. art. 3. & Henr. 12. quodlib. q. 8.*

iste distinctus modus intelligendi, ponitur, quod Angelus intelligit sine discursu, & anima intelligit eum discursu, loquendo de intellectu naturali, & isti modi sunt distincti specie, & sunt intellectualitatis alterius, & alterius speciei.

Contra, anima non discurret circa principia, sed circa conclusiones, ergo si cognoscere sic, & sic, est alterius speciei, & ideo requirit intellectualitatem alterius speciei, erunt due intellectualitates alterius speciei in una anima; & in quantum intelligit principia, & alia in quantum intelligit conclusiones. Præterea, Anima beata in objecto beatifico non discurret circa illud: discurret autem circa objectum cognitum naturaliter: igitur esset alia intellectualitas specie beati, in quantum intelligit Deum, & in quantum intelligit aliquid naturaliter. Item tertio, si intellectualitas Angeli, & Animæ differunt specie, igitur illa, quæ dependet essentialiter ab ista, & illa, differunt specie; sed ab ista dependet essentialiter visio beatifica Angeli, & Animæ (licet enim Angelus non sit tota causa visionis suæ, nec anima suæ: tamen utraque visio essentialiter dependet ab intellectualitate nature, cuius est) igitur ista visio beatifica, & illa, differunt specie, quod est falsum: quia omnes species diversæ habent ordinem determinatum secundum perfectionem, & imperfectionem: ita quod quolibet individuum perfectioris speciei, excedit quilibet individuum imperfectioris: & tunc sequeretur, quod vel quilibet beatitudo cuiuslibet Angeli excederet quamlibet beatitudinem cuiuslibet animæ, vel e contrario, quorum utrumque est falsum, quia se habent sicut excedentia, & excella in beatitudine.

Item quaeritur, quid intelligitur per hoc, quod dicitur Angelum non intelligere discurrendo. Aut quod Angelus non habet potentiam, quæ cognitis principis, possit cognoscere conclusiones, si illa non essent sibi prius nota actu, vel habitu: & hoc tunc noc videtur esse perfectio in intellectu creato: immo hoc videtur esse imperfectio in intellectu creato, quia perfectio in intellectu nostro est suppletus imperfectioem, quod possit ex quibusdam cognitis virtualiter includentibus alia, illorum aliorum cognitionem acquirere. Aut intelligitur, quod ideo non potest discurrere, quia omnes conclusiones sunt sibi actualiter notæ a principio: & ita non potest eas cognoscere discurrendo, sed hoc est falsum: quia non omnia a principio actu, & distincte cognoscit, & intelligit. Aut ideo, quia omnia sibi sunt habitualiter nota a principio, & ideo non potest habitualem noticiam illorum acquirere ex principis, & hoc non ponit differentiam essentialem intellectualitatis Angeli a nobis: quia sic esset in anima mea; quia si omnes conclusiones essent sibi notæ a principio, Deo imprimente, simul noticiam principiorum, & conclusionum: ipsa non possit discurrere, non propter impotentiam nature: sed quia jam præhabet cognitionem, & non potest acquirere de novo id, quod præhabet, hoc modo anima Christi non discurrebat, sed ipsa novit habitualiter omnia principia, & conclusiones in principis a principio, & tamen ipsa non fuit natura Angelica.

Dico

Dico tunc ad quæstionem, quod quicquid est potens agere, est aliud quod ens habens actum primum, & prior est sibi secundum naturam ratio actus primi secundum se, quam in comparatione ad actum secundum, eius potest esse principium: ita quod licet illud, quod tale ens est principium actus secundi, non sit aliud a natura sua: non tamen prima entitas sua est natura sua, ut est principium talis actus secundi; sed natura sua, ut in se est hæc, & ita prima distinctio entis non est per naturam suam, in quantum est principium talis operationis, sed per naturam suam, ut hæc natura: licet per identitatem ipsa sit principium talis actus secundi. Ita dico in proposito, quod licet natura Angelica sit principium intelligendi, & volendi, & anima similiter, ita quod ista potest entia nihil dicunt essentialiter animæ additæ: tamen primum hæc, & ibi est hæc natura, & illa natura ad se, & illa distinctio prima est, ad quam sequitur illa distinctio principiorum operandi, sive eisdem actus, sive operationum partem. Quia enim est hæc natura, ideo est principium talis operationis, & non e contrario. Exemplum huius est, Sol habet virtutem generandi multa mixta inferiora, & si quæras primam rationem distinctioem Solis a plantis, non est prima ratio distinctioem unius ab alio, per potentiam generandi plantam ex parte Solis: quia si illa potest communicaretur alii, non propter hoc illud esset Sol, nec distingueretur a planta ea distinctioem, qua Sol distinguitur, prima ergo ratio distinguendi est, quia forma Solis est talis forma, & forma plantæ est talis: & ad hæc sequitur, quod ipsa forma potest esse principium talium operationum, & alia non. Ita dico in proposito, quod quia Angelus est talis natura ad se, & anima talis natura ad se: ideo primo distinguuntur specie, non quidem sicut due species, sed sicut species, & pars speciei: quia anima non est proprie species, sed pars speciei: & tamen ipsa est prima ratio distinguendi suam speciem (cuius pars est) ab Angelo, & ideo prima ratio distinctioem speciei ex parte speciei suæ est in ipsa.

Potest etiam addi (licet non sit necessarium pro solutione quæstionis) quod intellectualitas Angeli, in quantum intellectualitas non differt specie ab intellectualitate animæ, in quantum intellectualitas, hoc est, quod licet iste actus primus, & ille, differant specie, ut considerantur absolute in se: non tamen secundum illam perfectionem, quam virtualiter continent, secundum quam sunt principia actuum secundorum. Quod videtur per hoc, quod sunt circa objecta eisdem rationis, & ad objecta eisdem rationis. Simile huius est, quia si anima bovis, & aquila differunt specie: non tamen propter hoc, quia vis villosa hæc & ibi, in quantum talis perfectio, & talis differunt specie. Illud autem est, bene possibile a quod contentia aliqua differunt specie, & tamen contenta non differunt specie: sicut passiones entis contententur per identitatem in entibus quantumcumque distinctis: & tamen illæ passiones in eis non distinguuntur specie. Unitas enim lapidis, quæ non est realiter aliud a lapide, & unitas hominis, quæ est realiter eadem homini, non ita distinguuntur formaliter specie, sicut homo, & lapis: immo hæc unitas, & illa, tantum videntur differre numero. Hoc etiam declaratur.

per alius, quia sicut in eodem possunt contineri per identitatem illa, quorum est distinctio formalis quasi specifica, sicut in eadem anima includuntur perfectiones intellectuales, & sensitivæ, quæ ita sunt distinctæ formaliter, sicut si essent duæ res: ita & e contrario, potest aliquid includuntur formaliter contineri in distinctis: Et si hoc est verum, tunc planum est quod Angelus, & anima si non distinguuntur specie primo per talem, & talem intellectualitatem: immo nec primo, nec non primo: quia talis intellectualitas in eis, non distinguitur specie. Aut si istud non est verum, sed relinquantur istud modo sicut dubium, saltem primum dictum videtur satis clarum, scilicet quod per istud non est prima distinctio eorum.

Ad primum argumentum principale, potest concedi, quod essentia Angeli (a), & anima, possunt differre specie: & non tamen potentia, si illud dictum ultimum in solutione sit verum, & tunc illud argumentum non procedit. Vel potest dici, quod potentia differentes specie ex parte fundamenti, non tamen ex parte objecti, possunt habere actus differentes specie, in quantum illi actus dependent a fundamento illius potentia: licet isti sint iustidem speciei, in quantum dependent ab objectis, & tunc concederetur, quod intellectio Angeli, & hominis de eodem intelligibili, ex parte objecti, est eadem specie, ex parte autem fundamenti, in quantum fundamentum est potentia ratio agendi, sunt alia specie, & tunc oporteret concedere, quod operationes simpliciter differunt specie, quia illa identitas secundum quid ex parte objecti simpliciter non est identitas in specie: sed alia diversitas simpliciter est diversitas, & identitas secundum quid. Quæcumque enim differentia sufficit ad distinguendum: sed non quæcumque identitas sufficit ad perfectam identitatem aliorum. Et tunc videtur sequi illud inconveniens, quod illatum est contra secundam opinionem de actibus beatificis. Nisi forte diceretur, quod tota causa actus beatifici est objectum, & quod potentia se habeant ibi respectu illius actus, ut tantum receptivæ, & passivæ, & receptiva non distinguuntur formas receptas in specie, sicut patet de albedine in lapide, & in ligno. Ad secundum, & ad omnes auctoritates conformes patet per istam auctoritatem *Ang. Anima sola veritate prima formatur*: propter hoc quidem nihil superius est anima. Verum enim est in ratione objecti, in quo quiescit, & quo ad hoc par est ipsa anima Angelo, quia nulla natura intellectualis potest quietari nisi in objecto infinito: & ita intelligenda est illa auctoritas, & omnes similes.

Ad tertium, concedi potest (b), quod quolibet individuum unius excedit quodlibet individuum alterius. Sed quod sit illud, non oportet explicare ante tertium librum, comparandum animam Christi ad naturam Angelicam. Et concedendum est totum argumentum usque ad illud, quod tota capacitas nature satiatur in beatitudine. Illa enim pro-

a De hoc 1. distincti. 3. qu. 8 ubi habet intellectam esse actuum.
ad 2. Quere Bon. hic & Var. dist. 6. bujui qu. 1.
b Distincti. 13. & 14.

positio non est vera (a), loquendo de capacitate mere naturali, præcise enim satiatur secundum proportionem ad merita communiter loquendo, & in hoc satiatur appetitus deliberativus. Qualiter autem flare potest perfectæ beatitudinis et sola tali satiatur, etiam appetitus naturalis potest esse ad ulteriorem perfectionem non habitam, poterit tractari alias in materia de beatitudine.

DE ANGELICA &c. DISTINCTIO II.

Circa distinctionem secundam, ubi agit Magister de loco creationis Angeli, & tempore, quando creabatur, quero primo de duobus. Primo de mensura durationis existentia Angelorum, & secundo de loco Angelorum. Quantum ad primum, quero primo.

QUÆSTIO PRIMA.

Verum in existentia actuali Angeli sit aliqua successio formaliter?

Quod non, quia quantitas non potest recipi in non quanto: igitur nec successio, que quantitas est, potest recipi in existentia Angeli, & que indivisibilis est. Confirmatur ratio, quia quantitas permanens, non potest recipi in indivisibili: igitur nec quantitas successiva. Præterea. Prius, & posterius (b) in ratione numeri possunt integrare rationem temporis: ubicunque autem est successio, ibi est prius, & posterius: & ibi potest inveniri ratio numerus & mensuræ: igitur si in existentia actuali Angeli esset successio formaliter, ipsa mensuraretur tempore. Præterea, August. 83. qu. 72. *Deum est stabile: tempus autem mutabile*. Item Dion. de div. no. c. 5. & 10. *Ita cum ibi videntur, ibi dicuntur esse*.

Contra, non necesse est Deum creare unum Angelum, quando creat alium Angelum: igitur potest aliquis Angelus esse, alio non existente, & potest Angelus alius creari, ita quod ille sit alio existente: igitur ille, qui fuit isto non existente, & est cum isto nunc existente, videtur esse prior isto: & esse ejus ut non cum isto, videtur præcedere esse ejus, ut cum isto. Præterea, Angelus potest annihilari circumscripto tempore: quero in quo nunc non in nunc temporis, quia illud non est: nec in nunc æternitatis formaliter; nec in nunc ævi, quia nunc illud manet unum, & idem per te: igitur in eodem ævi, & non erit, si annihilaretur in nunc ævi, quæ sunt contradictoria.

Item, aliquis Angelus potest esse creatus, & post annihilari, & iterum reparari: sed esse reparatum, non est ita unum cum esse creato, sicut

a In 4. dist. 49. q. 11. & dist. 50. q. 5. & 1. dist. 1. & in 3. ubi sup.
b 4. Phys. text. c. 101.